

cere qualitatem offerentis, quam quantitatem muneris. Hoc ideo dicimus, vestrę fraternitati notum facere volentes, quia vitam domni Odonis humili quidem, sed fideli stilo digestam percurrentes invenimus aliqua circa eius ordinationem depravata, quaedam vero de eius transitu minus perfecta. Compulsus igitur hortatu seniorum et fratrum nostrorum¹, ut in eadem vita patris Odonis corrigendi studium daretur, praeceptis eorum obsecundans, veteres cartas ordinationis et electionis eiusdem metrumque domni Hildeboldi episcopi² nobis nuper a vobis directum diligenter revolve et, prout valui, in supradicto opere depravata mutavi et imperfecta supplevi. Inserui praeterea, ubi oportunus locus se praebuit, quomodo vel qualiter vir ammirabilis fidei et summę religionis Berno in sancta institutione tam laicali quamque etiam in monachili habitu positus profecerit et quam pię suę professionis exsecutor et, ut ita loquamur, fidelissimus propagator extiterit. Placuit etiam commemorare in transitu, quemadmodum intuitu divinę pietatis locus ille Cluniacus a Wilhelmo duce, ut ita fari libeat, in lineam, a patre Bernone in superficiem et a venerabili Odone, de quo sermo prae manibus est, paulatim et per incrementa temporis deductus in altitudinem veluti iam solidum corpus surrexerit.

Quod opus, quamvis parvi momenti, ideo vestro volui consignare iudicio, quia vos concivem³ simul et fidelem Odonis recognosco et admodum mihi unanimem esse non dubito. Valete. — —

Fol. 30'. Igitur, quia patris Bernonis mentionem fecimus, et utilis occasio se praebuit, nos quaedam narrare debere, quae fidelium cognitioni offerre cupimus, quaeque etiam evidentiorē nobis dant viam eorum, ad quę festinamus, inserendum huic operi videtur, qualiter idem Berno, ut in praefatione huius operis iam diximus, primum quidem in laicali habitu, postmodum vero in monastica religione Deo devotus extiterit. Fuit enim ex Burgundia oriundus genere admodum clarissimus, praediorum

1) Hier standen noch etwa 1½ Zeile Text, die vom Schreiber ausradiert und durch Schlangenlinien ausgefüllt wurden. 2) Wohl Hildebold von Châlon s. S. c. 944 — c. 949, von dem jedoch ebensowenig, wie von einem andern ein derartiges Gedicht bekannt ist. 3) Hieraus liesse sich ein Schluss auf die Heimath Odos machen. Ioh. Vit. Odonis III, c. 8 wird er Aquitanus genannt und daraus stammt die entsprechende Angabe des Chron. Turon. Magnum ed. Salmon, Chroniques de Touraine p. 108. In einem Briefe Peters des Ehrwürdigen (Mabillon, Acta SS. V, p. 68) heisst es: 'qui ab ultimis paene occidentis finibus — egressus' etc. Da Hugo aus dem Gebiet von Semur stammte (Pignot, Hist. de l'ordre de Cluny II, p. 2 ff.), so müsste man wohl auch Odos Wiege nach jenem Winkel verlegen, in dem die Grenzen des Herzogthums und Königreichs Burgund und Aquitaniens zusammenstiessen, wenn er nicht wiederum in der Praefatio des Cartul. A von Cluny (Bibl. nat. n. acq. 1497 f. 37) 'Cynomanica regione exortus' genannt würde. An Hugo II., der 1122 ganz vorübergehend Cluny leitete, wird man wohl kaum denken dürfen. Vgl. Bibl. Clun. col. 1623.